



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

10. De internis amoris Dei actibus perfectè eliciendis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

## X.

*De internis amoris Dei actibus perfectè eliciendis.*

1. **E**xpende quinam sint præcipui actus interni amoris, & quam singuli in se eximij, Deo grati, nobis meritorij, cuiusmodi sunt 1. *Quoad intellectum* medullitus velle & fauere Deo. omne suum bonum intrinsecum, quod sit Deus infinitè in se perfectus, infinitè beatus, infinitè amabilis, desiderabilis, laudabilis, omne item bonū eius extrinseeum, quod cognoscatur, adoretur, ameritur, omni genere obsequiorum glorificetur à creaturis; demum omne id, quod Deus magnificat, & amat in cœlo & in terra.

2. **O**mnia diuina iudicia, decreta, opera, permissiones quoad nos, omnes & omnia intellectu reuereri, approbare, collaudare; voluntate acceptare, amplecti, exosculari. 3. Velle, desiderare, ac proponere exequi sanctissimam Dei voluntatem in omnibus præceptis, consilijs, legibus, & regulis cuique proprijs, sanctisque inspirationibus promptè adimplendis. Quanta cum gloria Dei, & augmento meriti hos actus frequentare posses, si tot intensis stimulis, quos toties sentis, obser-

qui,

qui, totque auxilijs gratiae, quibus  
abundas, strenue cooperari velles?  
Feruor frequentandi hos amotis af-  
fectus.

II. Quomodo hi actus cum eximia  
perfectione & merito possint exerce-  
ri; videlicet i. amplissime circa omnia  
objeta, magis estimando, amando,  
volendo, optando, desiderando Dto  
omnia, quae ipse magni estimat &  
amat; amplectendo, & exequi deside-  
rando omne eius in omnibus benepla-  
citum: purissime quoad intentionem,  
ipius viuis honoris, amoris, benepla-  
citi, absque ullo intuitu supplicij, aut  
præmij: intensissime, omni possibili be-  
nevolentia, amoris, zeli gloria eius  
excessu: constantissime, inter quascunq;  
rerum & temporum vicissitudines,  
nunc, semper, æternum & ultra: insa-  
tiabilissime, cum inexplebili desiderio  
perficiens in infinitu longe supra vires  
creatrorum Creatorem diligendi. Quam  
facile cū diuina gratia hi actus amoris  
per se tam meritorij, mulro cum ma-  
iori meritorum incremento possent  
prædicto modo subinde, maximè in  
meditatione prolixius elici, & breuius  
interdiu frequentari? His expensis vel  
omnes prædictos, vel aliquos amoris  
actus

actus elice, iuxta paradigmā in Ind.  
meditat. c. 7. §. 4. assignatum.

**III.** Quām sublimiter B. Virgo inef-  
fabili amoris Dei æstu flagrantissima,  
hos similesque amoris affectus modo  
insinuato, amplissimos, purissimos, inter-  
fissimos, constantissimos, insatiabilissimos  
totā vitā multiplicarit: quantò porrò  
adhuc sublimius Christus Dominus  
perenni inæstimabilis erga Patrem a-  
moris incendio æstuans eosdem à pri-  
mo conceptionis instanti usque ad su-  
premus vitæ halitum continuari!  
prout latius id explicatur, l. p. med.  
hebdom. 2. post Epiph. med. 6. & 7.  
Renouatio eorundem affectuum amo-  
ris subiecta.

**IX.***De externis actibus amoris perfecte  
exercendis.*

**I.** Expende quinam sint præcipui  
externi actus amoris Dei, &  
quanti singuli apud Deum pretij &  
meriti, quales sunt hi triplices, 1. Sub-  
limes supradictos intellectus de Deo,  
eius attributis, omnibusque eius glo-  
riam concernentibus sensus, piosque  
voluntatis affectus publicè priuatim-  
que verbis & factis testari, omnibusq;  
similes perfecti amoris sensus incul-  
can-